


DUMREICHER, JOHANN VON

De Unione Medicinae Et Chirurgiae

Congregationis Mechitaristicae
Vindobonae
1838

EOD – Millionen Bücher nur einen Mausklick entfernt! In mehr als 10 europäischen Ländern!



Danke, dass Sie EOD gewählt haben!

Europäische Bibliotheken besitzen viele Millionen Bücher aus der Zeit des 15. – 20. Jahrhunderts. Alle diese Bücher werden nun auf Wunsch als eBook zugänglich – nur einen Mausklick entfernt. In den Katalogen der EOD-Bibliotheken warten diese Bücher auf Ihre Bestellung - 24 Stunden täglich, 7 Tage die Woche. Das bestellte Buch wird für Sie digitalisiert und als eBook zur Verfügung gestellt.

Machen Sie Gebrauch von Ihrem eBook!

- ➲ Genießen Sie das Layout des originalen Buches!
- ➲ Benutzen Sie Ihr PDF-Standardprogramm zum Lesen, Blättern oder Vergrößern. Sie benötigen keine weitere Software.
- ➲ *Suchen & Finden:* Mit der Standardsuchfunktion Ihres PDF-Programms können Sie nach einzelnen Wörtern oder Teilen von Wörtern suchen.*
- ➲ *Kopieren & Einfügen* von Text und Bildern in andere Anwendungen (z.B. Textverarbeitungsprogramme)*

* Nicht in allen eBooks möglich.

Allgemeine Geschäftsbedingungen

Mit der Nutzung des EOD-Services akzeptieren Sie die allgemeinen Geschäftsbedingungen. Die Benutzung erfolgt ausschließlich für private nicht kommerzielle Zwecke. Für alle anderen Zwecke kontaktieren Sie bitte die Bibliothek.

- ➲ Allgemeine Geschäftsbedingungen in Englisch: <http://books2ebooks.eu/odm/html/muw/en/agb.html>
- ➲ Allgemeine Geschäftsbedingungen in Deutsch: <http://books2ebooks.eu/odm/html/muw/de/agb.html>

Weitere eBooks


Schon über 30 Bibliotheken in mehr als 12 europäischen Ländern bieten diesen Service an.

Finden Sie weitere Bücher zur Digitalisierung: <http://search.books2ebooks.eu>

Mehr Information: <http://books2ebooks.eu>

Institut für Geschichte der Medizin
Wien

D 2355a



A May



DISSERTATIO

ACADEMIAE IMPERIALIS PETROPOLITANAE

III.

DE REBUS
POLYGRAPHICIS

ET CHIMICIS,

ET DE PROGRESSU ET INVENTORIBUS

IN INSTRUMENTIS AC MACHINIS

DOMINI

PROGRESSUS DE DEDUCITIONIBUS

ET INSTRUMENTIS IN MODIS VARIO

ET ALIO.

ET ALIO

INSTRUMENTIS ET PROGRESSU INSTRUMENTI

ET PROGRESSU.

IV.

DE REBUS POLYGRAPHICIS ET CHIMICIS

ET INSTRUMENTIS ET PROGRESSU INSTRUMENTI

ET PROGRESSU.

INSTRUMENTA VITRIOLICITA

ET INSTRUMENTA VITRIOLICITA PROGRESSU

ET INSTRUMENTA VITRIOLICITA PROGRESSU

ET ALIO.

INSTRUMENTA VITRIOLICITA PROGRESSU

ET INSTRUMENTA VITRIOLICITA PROGRESSU

VITRIOLICUM,


INSTRUMENTA VITRIOLICITA PROGRESSU

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICO-CHIRURGICA
DE
UNIONE
MEDICINAE ET CHIRURGIAE,
QUAM CONSENSU ET AUCTORITATE
ILLUSTRISSIMI AC MAGNIFICI
DOMINI
PRAESIDIS ET DIRECTORIS,
PERILLUSTRIS AC SPECTABILIS DOMINI
DECANI,
NEC NON
CLARISSIMORUM AC CELEBERRIMORUM
D. D. PROFESSORUM,
PRO
DOCTORIS MEDICINAE LAUREA
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME OBTINENDIS
IN ANTIQUISSIMA AC CELEBERRIMA
UNIVERSITATE VINDOBONENSI
PUBLICAE ERUDITORUM DISQUISITIONI SUBMITTIT:
Joannes Dumreicher nobilis ab Oesterreicher,
Tergestinus.

In Theses adnexas disputabitur in Universitatis aedibus
die . Decembris, anni 1838.

VINDOBONAE,
TYPIS CONGREGATIONIS MECHITARISTICAL MEDICO-CHIRURGICA

D 2355a



„Irrthum verlässt uns nie, doch zieht ein höherer Bedürfniss
Immer den strebenden Geist leise zur Wahrheit hinan.“
Göthe.

PIIS MANIBUS

A V I O P T I M I

PIETAS ET GRATITUDO

NEPOTIS.

16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

§. 1.

Scientia medica, si finem consideraverimus, quem res publica adsequi jubet, est summa omnium cognitionum, quae ab individuis huic fini a republica destinatis (medicis) applicatae, sanitatem civium conservare et deperditam restituere valent.

Relate ad duplex istud munus ars medica in Hygieinem discedit et Jatrikem propriam; relate ad artem faciendam autem in universalem, cuius praecepta saluti omnium civium prospiciunt — medicina publica; et in specialem, quae legibus suis singulorum medicorum ope singulorum civium salutem conservat et restituit — improprie medicina practica dicta. — Objectum medicinae est igitur homo, et quidem sphaera ejus somatica; — sphaera autem psychica ea solummodo ratione, quatenus hujus aberrationes in relationibus vita physicae mutatis suum agnoscent fontem. — Accuratam hinc cognitionem objecti, circa quod omnia medici conamina versantur, omniumque hujus objecti functionum medicinam facienti prae caeteris esse necessariam, sua sponte liquet. Haec cognitio vero non nisi profundo cardinalium artis medicae doctrinarum studio adquiritur, quae sunt: doctrina, quae hominem in statu sano, ab ejus generatione ad mortem usque considerat —

Physiologia; — doctrina, cuius objectum est vita hominis morbosa — Pathologia; — ars, quae cognitionibus e prioribus disciplinis desumitis utitur pro restituenda hominum pessumdata salute — Therapia; — nec ullus certe medicorum, nisi nequam aut rationis lumine orbus, contendet, absque laudatis doctrinis aliquid praestari posse pro generis humani salute.

Nusquam e medicinae data definitione ea emergit partium componentium oppositio, qua divisio in medicinam strictiori sensu, seu morbos internos sanandi artem, et chirurgiam, seu medicinam externam, sanciretur; nec physiologie, nec pathologie, nec therapie generali, quae basim fundamentalem utriusque constituant artis, haec innititur divisio. Medicina enim et chirurgia filiae sunt ejusdem matris — necessitatis; ubera ipsis praebet eadem nutrix — experientia; alumnae sunt ejusdem educatricis — philosophiae.

§. 2.

Verum in utroque ingentis illius undique clausae morborum catenae extremo diversitas exsurgit insignis rationis modique adparendi. — Organismus enim vel in suis attributis somaticis nonnisi seu physicis, quoad continuitatem vel quoad contiguitatem partium laedi potest ita, ut certi adparatus mechanici, quibus organa adfecta solummodo in attributis suis physicis adgrediuntur, sufficient ad normalitatem reducendam; vel morbus exoritur, cujus momentum primitium in intemperie et discordia virium radicatur, quin initio saltem mutationes somaticae, per plasticitatem abnormem se manifestantes, anim-

adverte possint; morbus inquam, qui remedia exposcit, quae totum organismum in suis relationibus chemico vitalibus vel mere dynamicis eo percellunt modo, ut eorum effectus ope vis vitalis ad reactionem provocatae a vitae focus ad laesa diffundantur organa. — Huius oppositioni morborum, quoad modum in vehiculo temporis et spatii adparandi, divisio innititur in morbos dynamicos, seu internos, seu medicos; et organicos, seu externos, seu chirurgicos. Attamen limites certi ac absoluti nunquam statui possunt; laesiones enim relationum physicarum vitalem provocant reactionem, quo facto universus in processum morbosum implicatur organismus; pari passu et morbi dynamici plasticitate abnormi ac producto saepe finiunt materiali.

§. 3.

Remedia, quibus ad morbos debellandos utimur, a nonnullis in medicamina et auxilia mechanica, manibus scilicet opiferis administrata, dispescuntur. — Medicinam inde scientiam dicunt, quae morbos medicaminum potentiae cedentes curat; — sanandi artem autem, quam manus per se vel adparatum mechanicorum auxilio praestat, chirurgiam adpellant. Ast quodlibet remedium ea sub conditione tantum ad sanationis processum conferre valet, quatenus internam organismi activitatem sollicitat; — plurimi morbi interni absque remediis externis seu chirurgicis, uti: hirudinibus, venaesectione, paracentesi, moxis, acupuncturis et sic porro; chirurgici absque diaeticis et remediis e pharmacologiae penu deproprias sanari nequeunt.

§. 4.

Oppositionem inter morbos externos et internos, inter locales et universales absolutam non existere, et quemlibet morbum internum dici posse, quum vitae (quam certe nemo rebus accensere audebit externis) qualitas alienata essentiam omnis efficiat passionis, sat evictum est; nec ex medicaminum varia agendi ratione firmum divisionis in medicinam et chirurgiam principium depromi, hinc ipsam divisionem fulcris destitutam, sustentari non posse, ac infirmam corruere cuique patebit.

§. 5.

Medicinam nonnisi per complexum omnium cognitionum, quarum ope salus hominum vel conservatur vel restituitur, ad scientiae dignitatem evehi, e definitione ipsa sponte profluit. Necessitati unionis medicinae et chirurgiae, ubi a scientifico eas consideraveris momento, parcus quoque medicorum eruditorum numerus arridebat; nam medici sagacissimi omnis aevi, chirurgiam, principiis medicinae destitutam, ab arte ad rude delabi opificium contendebant, minime tamen perspicentes eodem tempore miseram medicinae, experientia et auxiliis a chirurgia petitis orbae, quoad theoriam et quoad praxim, conditio nem. — Ut in organismo vasorum et nervorum systemata, licet externe divisa adpareant, interne tamen intime conjuncta sunt, et vasa nervis animantur, nervique nutriuntur vasis; ita quoque medicina et chirurgia se invicem explent, illustrant, animant.

Chirurgi illi, qui tamquam generis humani benefactores jure celebrantur, quorum nomina merito glo-

riae splendore circumfunduntur, medicinae quoque navarunt operam, etsi medicinae doctoris laurea eorum tempora nunquam coronaverit; non enim nomen, sed cognitio, judicium, et experientia medicum faciunt.

§. 6.

Unio medicinae et chirurgiae autem, quoad medicinam faciendam, fere semper atroci ansam praebuit controversiae, et minori adhuc jure, quam scientifico sub respectu. Nam medicina in theoria separari, cancellis etsi fictis circumscribi et in auditorum emolumentum seorsim explanari potest; — in rerum natura econtra omnia confluunt atque intimo juncta nexus in unum finem conspirant. In theoria morbi e. g. fractura vel depresso ossium crani, hernia incarcerata, chirurgiae; encephalitis, hepatitis, omentitis, enteritis, peritonaeitis medicinae adscribuntur foro et segregatim tractantur; in praxi unitae occurunt, atque dubium certe afflictis praestabis auxilium, respectu unius alteriusque simul non habito; nam nec trepanatio, nec herniotomia, nec methodus antiphlogistica, nisi conjunctae, aegrum orci faucibus eripere valebunt. Nonne etiam psychologia varias mentis et animi distinguit facultates? Nonne physiologia unicuique organismi systemati certam attribuit distinctamque actionis sphaeram? Si vero homo vitam agit, quis amplius efficientiam animae, corporis, singularum mentis et animi facultatum et singulorum organismi systematum sejunctam, securis oculis persequi et utriusque factoris, quam ad vitam producendam adfert, symbolam tuto distinguere valet? Absque anima corpus, absque corpore anima vitam humanam non amplius sustentat! Eadem quoque rela-

tio medicinae et chirurgiae interest quoad artem sa-
ciendam.

§. 7.

Unum istud et indivisum medicina et chirurgia
eo constituebant tempore, quo *Hippocrates* vitam de-
git; atque Celso affirmante *Hippocrates*, pater uni-
versae scientia^e medicae, chirurgiam magis, quam ejus
praecessores excoluit. Aevo autem, quo Celsus vixit,
medicinam jam in diaetaeticam, pharmaceuticam et
chirurgiam divisam cernimus, quae divisio ad nostra
usque tempora, paucis solum exceptionibus, impe-
rium exercuit suum. — Haec separatio non solum in
necessario peculiari progressu evolutionis et culturae
mentis humanae, sed in relationibus quoque externis
divisioni faventibus suum agnoscit fontem. Omnes
causae divisionem provocantes et foventes vel ab in-
stitutionibus et legibus a civitate sancitis, vel e pub-
licis originem ducebant aerumnis, vel opinioni singu-
lorum virorum et populorum, vel avaritiae, invidiae,
inertiae medicorum, vel certis individuis relationibus
utriusque doctrinae addiscendae infaustis sunt adscri-
bendae; quae causae omnes aut sublatae sunt, vel ad-
hucdum persistere videntur, nostramque eo magis
merentur attentionem, quatenus removendae sunt,
aut amoveri nequeunt.

Mei nunc est, causas jam sublatas enarrare, ea-
rumque cum effectibus suis nexum dilucidare; persis-
tentes autem ponderare, judicare et pro viribus
enervare, ut unionis possilitas inde eluceat; tan-
demque ultimum, qui mihi superest passum emetiri,
gratos nempe ex doctrinarum unione pro scientia ac-

civium salute prodeuntes fructus ad oculum demonstrare.

§. 8.

Quum omnia, quae scientiae medicae historiographi de medicinae et chirurgiae sejunctione narrant, eo colligamus scopo, ut momenta istius revolutionis causalia patefiant, certe sequentia, qua principalia agnosci debent:

Primo: Parcus medicorum numerus tempore, quo gymnasia floruerunt Graecorum.

Gymnasia virium corporis evolvendarum ac exercendarum, et salutis roborandae causa fuere instituta; exercitia athletica autem magnam laesionum externarum copiam pedissequam habuisse, extra dubium est. Parcus et insufficiens fuit medicorum numerus, et hi pauci mollitie seducti chirurgiae minorem navarunt operam; in primis aetate proiectiores operationes manu praestandas junioribus tradiderunt, et consiliariorum officio fungi praeferebant. Facile hinc erit explicandum, quod ex Oribasii dictis patet, chirurgiam nempe a medicis relictam, servorum, in gymnasiis variis fungentium muneribus, curae traditam fuisse, quibus magnam in his rebus dexteritatem adipiscendi luculentissima erat occasio. — Apud Romanos luxuria depravatos haud minor medicorum urgebat parcitas; ad ridebat quoque iis, aere servos graecos sibi adquirendi, quorum patroni nonnullas operationes medicas ipsis commiserant. Lucri fames omni ex regione appellabat servos et libertinos intra Romae agros, ubi fama et pecunia coronabantur; nec mirandum, si talis pestis, ut historia narrat, serius e Roma ex-

pulsa fuerit, atque chirurgia vilibus adnumeraretur muneribus.

§. 9.

Secundo: Praejudicatae opiniones et ceremoniae sacrae, quae ante saecula dominabantur.

Romani, quorum servi tantummodo hominesve infimae classis chirurgiam exercuerant, unumquemque medicorum chirurgiae operam navantem istis aequiparare non haesitarunt; medici vero, vel ex iusta erga opinionem publicam veneratione, vel ex nimio vitae mollis studio, inconcinnas populi ideas evertere noluerunt. Imo ipse medicorum hujus aevi heros, *Galenus*, morum tunc regnantium severitate coactus, chirurgiam deseruit, quam in patria optimo coluerat eventu, ne perennem famae patieretur jacturam, et a populo invidiaque medicorum Romanorum turpi traderetur ignominiae. — Quod ab initio necessitas adduxerat, et praejudicatae populi opiniones medicorumque mollities confirmaverant, nequamquam corrigi potuit temporis subsequentis fanatismo. — Regnis enim Graecorum et Romanorum collapsis, nec Arabi, nec monachi in occidente vitam degentes, ad quos tunc temporis artis cultum pervenisse scimus, chirurgiae studium, hucusque valde neglectum, ad altiorem perfectionis gradum extollere valebant; eo minus, quia mores Arabum, et interdicta monachorum ecclesiastica chirurgiae ultima auctoritatis vestigia magis magisque evertre contenderunt. Quid est chirurgia absque anatomia? Arabis autem cadaverum dissectione erat interdicta. Qualis chirurgiae cultura a monachis fuit exspectanda, qui claudican-

te caeterum eruditione ornati, edicto anno 1131 Remis edito, quo in hominum salutem sanguinem fundere ipsis vetatum fuit, ultima adhuc perdiderunt artis suae adminicula? Scientia a monachis quidquam saltem pollutibus derelicta et a viris plane rudibus exercita in ruinam collabi fuit coacta.

Eo majori honore quisque, qui scientiam fervente colit animo, fastum celebrabit diem, quo Imperator Fridericus secundus scholae Salernitane mandatis sequens addidit: „Medici, ut summis ornentur privilegiis optatis, absolutis philosophiae et medicinae studiis, chirurgiae quoque operam navare debent.“ Mox vero fundamenta, quae Imperatoris clementia et sapientia posuerant, quibusque superstructa reflorescens chirurgiae cultura speranda fuit, ab imo eversa et concussa jacebant Bonifacii VIII. edicto, quo necroscopiae vetabantur. Scientiam tali pacto omni vindice carentem, e facultatum medicarum aedibus expulsam, pauci tantum coluerunt, eamque tueri perseverarunt, donec inclyta Parisiorum Academia exulem excepisset, et receptam novo auctoritatis honore exornasset.

§. 10.

Tertio: Bella, quibus regnantibus frequentissimis medici officiis accensenda est sanatio laesionum externarum, quae hinc cognitionem morborum chirurgorum, eosque sanandi artem paeprimis expostularunt. Jam Cyrus pater, Philippus, Macedoniae rex et Alexander magnus medicos castrenses crearunt, et libri *Hippocratici* „de medico“ auctor lege et consuetudine sancitum esse, chirurgos juvenes exercitus

sequi bellum ducentes, affirmat. Ast ipse medicus ca-strensis non chirurgiae tantum, sed medicinae quoque studiis ornatus sit; nam militum minor cohors vulnerum periculo, quam epidemiarum saevitie, quibus inprimis vulnerati corripiuntur, orci faucibus trā-ditur.

§. 11.

Inter causas, quae medicinae et chirurgiae divisionem induxerant et hucusque fovere videntur, in-primis sequentes memorandas esse arbitror:

Primo: Nimis vastus scientiae universae campus, et studium veterum et recentiorum cultura singularum doctrinarum sejuncta, ipsam scientiam ad altio-rem perfectionis gradum evehendi.

Jam Herodotus hanc divisionem apud Aegyptos, populum de salute sua valde curantem, exstitisse narrat, affirmans: peculiares medicos sanationi singularum morborum ordinum incubuisse, ita quidem, ut alii solummodo morbos oculorum, alii morbos capitis, vel dentium, alii tandem reliquos tractassent morbos. Quid inde elucet, nisi conatus, cultura singularum scientiae partium sejuncta, universam scien-tiam ad perfectionis culmen attollendi?

Inter reliquias fuit praeprimis schola Alexandri-na, quae chirurgiam et medicinam separavit, peculia-ri quodam nisu instigata, omnia separandi, distin-guendi et in systema quoddam redigendi. Praecipue autem haec schola anatomiae corporis humani origi-nem aperuit novumque incrementum dedit, qua ex-culta operationes difficiliores et majus periculum mi-nantes suscipiebantur ita quidem, ut potissimum ab

illo tempore elementum medicinae chirurgicum firmæ basi inniti et quodam jure sua sponte evolvi potuisse.

Academia Parisiana chirurgiae progressu eximio prae arte medica, suo vano splendore obdormiscente, primatum luctando consequi concupivit. Inde certamen gloriosum fuit provocatum, quod utriusque summam praebuit utilitatem; tamen quamvis medicina et chirurgia separato studio excolebantur, id ipsum maxime reunioni oppugnavit.

Viri nonnulli eximii, qui indefesso studio arte periti vel medicinam, vel chirurgiam tractantes, usque ad nostra tempora de societate humana atque arte medica quam maxime meriti fuerant, tamen unam nonnisi doctrinam scriptis, vel unam tantum artem factis profitentes, certe sibi finem proposuerunt, ut in una doctrina excellere, eamque felici cum eventu excolere valeant. — Talique pacto haud fieri potuit, quin ambae doctrinae, medicina et chirurgia, sua vi evolverentur, metamque consequerentur, quam separato studio consequi licuit. Hinc novus simulque amplissimus cognitionum oceanus aperiebatur, e quo assiduo studio haurire debet medicus, ut artem suam rite et cum decore profiteri possit. Altum evolutionis gradum, quo nunc medicina et chirurgia gaudent, nactae sunt quidem separato tractamine; junctae vero sumnum attingent culmen, et „plectere si nequeunt superos, Acheronta movebunt“. Prurit enim animus speculativus medicinae rerum scaturiginem, morborumque naturam ac essentiam eruere, nec videt, quam saepe nubem pro Junone amplectitur — ast chirurgia porrigit filum

Ariadneum — experientiam modestam, et ita sententias modo editas iterato examini submittit, ut nonnum premantur in annum; ex altera parte chirurgia scilicet ingenuas medicinae fideliter artes edocta, emolitur, nec sinitur esse ferox. —

Agnoscit scientia medica innumera adminicula, quorum assiduum tractamen virorum ingenuosorum conamina provocare potest per integrum vitae curriculum, si tam multa, quorum cognitio adhuc desideratur quodammodo explicarentur; tot voluminibus nostrae scatent bibliothecae, ut Nestoris annos numerare opus esset, si omnes libellos attenta et critica mente pervolvere conaremur, et quidem eo magis, quum omni anno novis experimentis eorum increscit numerus; — et tamen unus idemque medicus artem medicam fideli manu chirurgiae junctam profitebitur? Cognitionum, quae modo nunc a medico pratico exposuntur territorium certe est vastissimum; at tamen chirurgia minime tam aliena est medicinae, ut medicum a caeteris seducat studiis, illisque valedicere ipsum cogat; nam iisdem innititur principiis, quibus medicina; iisdem indiget adminiculis; nec medicina nec chirurgia multum sibi privum agnoscunt, atque aequabili et simultanea utriusque doctrinae cultura, plurima faciliora intellectu, hinc brevius absolvuntur, totiusque scientiae studium firma basi susfulcitur.

Magnus librorum acervus medico pratico haud ullius est emolumenti, quum horae subcisiae vix sufficient ex in numero farragine hypothesum, sophismatum ac theorematum ea seligere, quae ipsi maxima esse utilitatis. Hoc eruditorum est officium,

qui e pulvere saeculorum praeteritorum illa recolligant, quae utilitatis p[re]se ferunt fucum, hypotheses veterum experientiae recentiorum adnectant, fontem, e quo hauriendae sunt cognitiones, aperiant talique pacto scientiae medicae historiographi evadant. Est, quod medicus, tempus fere omne aegrotis dicans, his eruditis viris summa encomia summasque gratias pleno de pectore canat, quum illorum potissimum conaminibus impeditur, quominus rudi empiriae sese tradere coactus sit.

Inter reliqua egregium et quasi prototypicum exemplar, plures scientias ad unum finem coalescere posse, nobis refert medicina publica, quae ultimis temporibus altum perfectionis gradum est adepta. Utraque illius pars: medicina forensis et politia medica, qua adminicula agnoscit cunctas doctrinas res medicas tractantes, imo absque medicina et absque chirurgia concideret, et tandem jurisprudentiae cognitiones non superficiales exposcit. Qui hujus scientiae territorium definire vellet pro numero doctrinarum, quae in unum simul tendunt finem, forsan sibi persuadere posset, nonnisi paucissimos raro ingenio praeditos ad hunc Parnassum scalas adscendere posse; nihilominus videmus coalitione multarum doctrinarum in unum finem hujus scientiae exercitium medicis etsi minoris frugis absque reipublicae detimento transmitti posse.

§. 12.

Secundo: Medicus, qui quoque chirurgo necessariis gaudet virtutibus, rara erit avis — praeterquam operationes majoris notae raro sunt suscipiendae,

qua de causa numerus multo minor chirurgorum , quam medicorum exposcitur.

Ut arduum ac difficile opus ex asse explere possit chirurgus, chirurgiae operativae sese vovens , excultus sit medicus, etsi laurea non coronatus, et quasdam cognitiones scientificas sibi privas agnoscat. Inter has primas obtinet partes anatomia topographica , cuius cognitionem iterata rimatione cadaverum , praecipue autem illorum sibi adquirat , in quibus quaedam operationes rite fuerant institutae. Non minus accessoria erit cognitio anatomiae pathologicae ; nam persaepe organa, structura , situ et forma mutata chirurgo erunt tractanda. Doctrinas physics ac mechanics bene noscat opportet. Praeterea autem quibusdam indiget virtutibus psychicis et physicis. Necessaria enim ipsi erunt : benevolentia , intrepidus animus , constantia, propositi sui tenax sit, etsi inhumanus ac crudelis adpareat, ad ultimum momentum quae necessitas exposcit persequens ac perficiens. Imaginatione gaudeat vivace, ut reviviscant ipsi omnes partes in compassionem vocatae, vel ut, si fata juberent , novam operandi methodum creare possit. — Sarta tectaque fruatur valetudine , utriusque manus dexteritate , manu intrepida, non tremiscente et summe agili. Fasta egregiorum scriptorum revolventes Celsi verba repetita videbimus, qui sequentia profert : „Esse autem chirurgus debet adolescens, aut adolescentiae proprior , manu strenua, stabili, nec unquam intremiscente , eaque non minus sinistra quam dextra promptus, acie oculorum acri claraque , animo intrepidus , imisericors sic , ut sanari velit eum quem accepit, non ut clamore ejus motus, vel magis quam

res desiderat, properet, vel minus quam necesse est, secet, sed perinde faciat omnia ac si nullus ex vagitibus alterius affectus oriatur.“

Sat magni momenti erunt hinc proprietates, quae competunt modo illi, qui chirurgiam operativam professurus, quarum non minimas natura nonnisi filio dilectissimo concedit, aliae et fors potiores indefesso studio ac reiterato exercitio ipsi sunt adquirendae, et tamen medicorum quisque chirurgiae studio se dicet?

Cognitiones scientificas, quas chirurgia sibi privas exposcit, certe omnis medicus adipisci poterit, si curriculi medici teneram actatem scientiae vovere voluerit. Anatomiae accuratior cognitio parabit et medico multa commoda, atque certe horas anatomiae studio dicatas non dolebit. — Plures multis exsurgent difficultates e virtute morali chirurgo operationes instituenti necessaria, quae tamen, quamvis minori gradu medicum decet. Ille, qui jam juvenis clinica chirurgica adivit, plurimisque operationibus ipse interfuit, atque voluntate firma praeditus est, sine dubio necessariam constantiam animique virtutem sibi acquiret. — Sensuum acutes quemlibet dignoscat medicum; repetitis extipiciis atque exercitio manuum securitas dexteritasque adquiritur, tamen et manus minus securas, imo tremulas senum chirurgorum res delicatores saepe ad eventum perduxisse experientia testatur.

In gravem incidentur errorem, qui chirurgiae studium medico superfluum vindicant pari operationum instituendarum numeri causa; nam chirurgia non consistit unice in manuum exercitio, in institutione operationum; econtra summum perfectionis culmen nan-

ciscetur, si minimo ad sanitatem restituendam indiget operationum numero; — sat magna morborum dictorum externorum caterva operatione non indiget, dummodo tractantur arte et consilio justo.

Exstiterunt praeterea omni aevo medici, qui exquisitis cognitionibus chirurgiae excelluerunt, quamvis ipsi manus muneri non imposuissent, quum dexteritate necessaria carerent, quis enim sententiae opponere vellet: „Non omnia possumus omnes.“ Nec necessarium erit omnem medicum simul esse chirurgum exercitatum; ast noscat opportet morbum ipsum, sanationis momenta, operationis sequelas et, si necessitas urget, auxilium adferre valeat. Nec decidunt, nec desunt viri, qui in una vel alia scientiae sphaera excellunt, quorum consilium et auxilium in morbis majoris dignitatis quaeritur. Hinc in urbibus majoris ambitus nonnisi cognitiones supramemoratae medico erunt necessariae, ut aegri curam illis viris, qui in chirurgiae foro eminent, tradat operationemque chirurgo magis perito transmittet. —

Ars curam facienda longe aliam cantilenam canit ruri, ubi conjuncta medicinae et chirurgiae cognitio ex integro fit necessaria, quam saepe cernit perire aegrotos medicus chirurgiae ignarus, qui operatione justo tempore et rite instituta servari potuisent, et tandem, si ille, qui unum servavit civem jam corona laurea dignus erit, quae erit lucta illius, qui sibi perditam unius nonnisi hominis vitam opprobrio facere erit coactus? Hisce sub circumstantiis saltem illas operationes perficere valeat medicus, quas procrastinasse doleret, imo, quas altera die nonnisi in cadavere instituere posset; quibus imprimis accen-

sendas arbitror: phlebotomiam, applicationem cathederis, amputations, herniotomiam, extractionem peregrinorum in oesophagum vel laryngem delatorum, operationes tandem nonnullas forum obstetricium respicientes. Difficiliores, quae non instantaneam expectunt susceptionem, ut e. g. cataractae operationes, extirpationem periculis plenam fungorum late serpentium, cistotomiam transmittet chirurgo exercitato, quorum plures in qualibet regione, sapienti nostro regimini subjecta, reperisse fas erit.

§. 13.

Tertio: Vis consuetudinis, quae in populum et medicos juvenes imperium suum exercet, atque maiores temporis aerisque impensae, quas exposcit unita scientia, tempore disciplinis dicato, addiscenda.

Quam difficile sit opus, praecognitas populi ideas subvertere penitusque tollere, ex separatione chirurgiae medicaeque artis elucet; — quo semel est imbuta recens, servabit odorem testa diu, — naturam expellas furca, tamen usque redibit. — Admonitiones clarissimorum artis nostrae virorum, decreta regimini sapientium omnia vana, oleum operaque perdita fuerant. Tempus nonnisi eventusque fausti, quos reunio utriusque scientiae observare licuit, has imaginarias ideas penitus evertere valebunt.

Vi autem consuetudinis non solum profanum vulgus cogitur, imo medicorum versatur urna — eodem coguntur omnes. Una pars medicorum juvenum faustis sub auspiciis studio incumbit ita, ut utrique doctrinae omni assiduitate sese tradere et nocturna versans manu, pedeque versans diurno libros aulas-

que clinicas, in utroque excellere possit; — ast commodo suo inserviens, morem consuetum adscusat, et unum nonnisi addiscit. Altera pars fervido studio utrumque amplecteretur, ast infausto omine summis temporis impensis necessaria nonnisi pro frugibus consummendis sibi adquirit, horasque subcisisvas tantummodo scientiae addiscendae dicare valet. Attamen illi, objurgare mihi quidam possint, alia addiscant; nam quis medico, non ex integro suae artis gnaro, sese tradere vellet? Agitur de vita, — agitur de centro et foco societatis humanae, de homine ipso. — Nihilominus ex illis, quibus thesauri non erant coacervati a parentibus, quorum incunabula non auro argentovo resulgebant, prototypi nostrae scientiae prodierunt et qua sidera primi ordinis coelo medico splendent. — Seriori tempore cognitiones, quas studiosi addiscere non poterant, binis pedibus incedentes colligere cognoverunt; et ita factum est, ut res publica et privata summis encomiis illos dignos habuisse, etsi, doctrina serius imbutis, charta pergamena non amplius cordi fuerit. Nec ullus sanae mentis contendere vellet, solummodo eum medicum ex omni parte suo officio fungi posse, qui tempore ex lege definito omnia sibi acquisivit pergamena; nam non omnibus licuit ita felicibus esse, ut certis intervallis omnia praestare potuissent. Summus honos et laus nomenque manebunt illis, qui fluctuante statu rerum res ita dirigere satagebant, ut nonnullis annis praeterlapsis medici re et nomine tales exsurgentur. — Erit igitur officium medicorum juvenum, absolutis studiis, praestitisque praestandis, per aliquot annos in urbibus versari, in quibus nosocomia

exstant, quae adeuntes illa, quae adhuc desunt, addiscere valeant. Vobis collegae dilectissimi, qui adhuc fervore scientiam colitis, in memoriam revoco aedes publicas saluti aegrotorum benevolentia regiminis nostri dicatas — ita vobis licebit, ut medicorum coryphaeis adjungamini.

§. 14.

Ajunt quarto nonnulli: Emolumenta medicorum et chirurgorum unione imminuuntur; — scientifice erudit medici rari existentiam tueri nequeunt; — medicus majorem aegrotorum numerum nequit tractare, si jungit medicae arti chirurgiam; — denique medico dedecori est, si negotiis chirurgicis vilioribus fungitur; — quid demum medici, quid chirurgi, qui nunc modo existunt, quid? an sibi acquirant illa, quae modo adhuc desunt? an privarentur concesione, qua antea gavisi artem exercebant? Neutiquam — minime chirurgos ictu electrico omnibus imbues scientiis medicis, nec eo injustitiae prodibis, ut una vice jure privares medicam artem exercendi. Ex una parte alios meliores pro tempore non substitues, ex altera chirurgi quoque minus erudit de humana societate et de civitate saepe tam multa sibi promeruerunt, ut pia vota pro illis adscendant. Nova uno fulmine nunquam in scientia nostra institui possunt; — si vero ephebea nostra medicos aptos sensu significationis latissimo dimittent, jam post aliquot lustra buccis plenis canemus et illa assequemur, quae uno ictu nunquam attigissemus.

Medicum scientifice eruditum ruri existentiam tueri non posse, hinc inde docet experimentum; —

sed sententia non ex omni parte est vera. Si quos-dam hisce difficultatibus pressos vidistis, rogo: quae fuit hujus phaenomeni causa? In illis locis eorum utilitas non eadem fuit quam chirurgi, qui omni casu auxilium etsi nonnunquam dubium tulit, dummodo medicus ad res chirurgicas, vel parturientium roga-tus, chirurgi artem implorare debuerat. Rusticus simpliciori adsuetus, simplicem selegit viam fidelisque mansit chirурgo; si autem eruditi medici haec omnia praestare valerent, certe emolumenta sufficientia ruri sibi pararent.

Negari nequit, medicum utramque doctrinam profitentem magnam aegrotantium cohortem curare non posse, tamen differentia non erit tanta, quam quae modo nunc existimatur. Magna officiorum pars, quae nunc praestat chirurgus, parabolani aptis transmitti poterit; caeterum regimen non curabit, quot aegroti tractentur ab uno medico, sed quomodo et quale auxilium medicus ipsis adferret.

Dignitas et auctoritas medici minime infringetur chirurgica negotia suscipientis, simul ac omnes medici iisdem fungantur officiis, neque munus viro, sed vir muneri honorem circumdat.

§. 15.

Quinto: Defectus institutorum, in quibus studiosi utramque scientiam ad amussim addiscere valeant.

Instituta, quibus nostro sub clementi regimine gaudemus, ita sunt directa, ut quivis Machaonis artis assecla utramque doctrinam ad amussim edoceri possit. Cuicunque aulae omnes patent, aequo pede pau-

peres cum divitibus incedere possunt — coram scientia, ut coram Deo omnes iidem; existunt imo apud nos summa regiminis et privatorum munificentia stipendia, quibus paupertate pressi donantur, ut fido corde studiis se tradere possint, dummodo aliis in civitatibus aditus ad auditoria auro argenteo sit venalis.

Ast dicent alii: numerus illorum, qui collegia publica aulasque clinicas adeunt, est justo major, quam ut quisque omnia necessaria proprio intuitu adspicere et addiscere possit, dexteritatem autem in operationibus instituendis plane non adipiscetur. Concederem haec utique, si juvenis restringetur ad collegia ephebeaque clinica; exsistunt vero variae aedes publicae, in quibus milleni aegrotantium curantur ac sanantur, quae medicorum quilibet adire potest, ut ex omni parte scientiae instituatur. Cuncta nosocomia sint seminia pro medicis, qui cum decore suo munere fungi concupiscunt. In omnibus scholis practicis, quae amplis nosocomiis adjunctae adparent, occasio sat frequens tibi datur rimante cultro necroscopia instituendi et operationes in cadavere perficiendi, quae occasio, si rite in auxilium vocaretur, cuilibet dexteritatem sufficientem exhiberet, cui innixus ulteriorem perfectionem ipse adipiscere valebit. Praeterea augustissimi nostri Imperatoris benevolentia et gratia institutum exstat primum et celeberrimum re et nomine pro illis, qui praे aliis chirurgiae operativaे sese yovere concupiscunt. — Dummodo ergo studiosus celeberrimis institutis, quam maxime potest, utatur, certe felix erit praedicandus, et solatium praestare valebit illis, qui deinde omni jure ipsi confi-

dent. — Medicorum juvenum erit culpa, si his sub rerum conditionibus in morbo chirurgico ignorantiam fatentur; quam chirurgus diligens, ingenio praeditus, quem nunc ephebea nostra dimittunt, in morbis internis nunquam ostendet. — Quamvis ex jussu regiminis unio artis medicae et chirurgiae nondum cuilibet fuerit praescripta, qui nomen medici aemulat, tamen omnibus, qui conjunctae scientiae incumbunt facultas votorum compotes evadere concessa est, imo regimen haec desideria respectis vicibus patefecit.

§. 16.

Causae scientiae medicae divisionem excitantes et soventes jam sunt extinctae aut extinctioni proximae. Parcus medicorum numerus primus erat separationis impulsus — horum abundantia unitatem restituet, et quae scientiae patriaeque amor provocare non poterat, auri sacra fames perficiet. Praeconceptarum opinionum commenta unam artem medicam dirrupuerunt in plures cohortes — judicia ac sapientia civitatum unionem scientiae medicae confirmabunt. — Opinio nonnisi separatas hasce doctrinas excoli posse jam penitus diruta jacet; nam chirurgia ultimis lustris viris commissa, qui cognitionibus medicis scatent, eo pervenerat, ut medicina antea superba et de principatu gavisa sorori ipsa porrigat manus foederi renovando. Honore summo, qui ubique locorum chirurgo erudito debetur, omnes praeconceptae opiniones evertuntur et ter quaterque fortunatum saeculum, quo unam nonnisi triumphantem medicinam cerneamus. Haec tempora nostram memoriam adhuc felicem redditura ex sapientissimis civitatum institutionibus

virorumque ingeniosorum indefesso labore auguro; celerrimo enim passu obviam imus huic beatae aetati; parietes enim unionem arcentes diu jam concussi, imo sunt fracti, etsi non ex integro corruerint. Disparebit ille discessus, ut omne, quod scientias evolvendas cohibet, dummodo utraque scientia eo pervenerit, ut non procul ab ultima perfectione existat; — tunc ambae vinculo unitae adparebunt, minime vero coacervato acervo singularum cognitionum, sed interno vinculo junctae manus sibi invicem porrident, talique pacto vivaci foedere unitae nosologiam therapiamque veram specialem amplectentur. Donec haec fortunata epocha fuerit ingressa, nonnisi fragmenta exsistunt, quae sui invicem egent, ut unum quoddam constituantur.

Utramque doctrinam sociato foedere exerceri posse fida docet experientia, cum recentiorum et antiquorum viri plures celeberrimi utramque optimo cum successu professi fuerant.

§. 17.

Commoda, quae ex illo connubio in scientiam et hominum salutem redundant, sat magni sunt momenti.

Quod scientiam ipsam ejusque cognitionem attinet, omnes artem medicam professi, modo nomen medici, modo chirurgi vindicantes, eo consentiunt, chirurgiam absque eruditione scientifica medica exerceri non posse, hinc superfluum censeo, haec fusius enodare, ne me Crispini scrinia lippi compilasse putem. — Minori perspicuitate influxus benignus chirur-

giae studii in medicinam addiscendam et faciendam agnoscitur.

§. 18.

Consistit vero officium medici in morbi cognitione et in medela apta eruenda ac exsequenda. Ast morbum cognoscet, nonnisi symptomatibus characteristicis erutis, e quibus essentiam seu naturam morbi diagnoscere valebit. In eruenda morbi imagine externa momenta substratum nobis porrigunt, quae altior animi facultas unacum sensu interno in quedam ordinem dirigit, ita ut homogenea jungantur, sibi opposita separentur — uno verbo forma et essentia morbi cognoscatur. Disquisitio ergo circa morbum erit duplex, et duplum hic discernimus agendi sphaeram, illam sensuum internorum et externorum. Sensuum cultura, absque dubio, quam maxime requiritur, ut phaenomena ex organismo aegro redundantia eruantur. Inter sensus externos vix ultimum locum obtinet sensus tactus, cuius iteratum exercitium necessarium, ut perfectionem attingat, quae quoque ad morbos internos eruendos saepissime requiritur. Ut vero ille sensus exerceatur, occasio optima nobis arridebit in observandis morbis externis. Si sententia Aristotelis, naturae scrutatoris, cuius nomen nostra quoque saecula superabit, quodammodo veritatem attingat: „nil esse in intellectu, quod non prius sensus percepit“, certe hic princeps erit ipsi locus. — Quum jam scientiae physicohistoricae, inter quas physicam, botanicam, minerologiam et zoologiam retulisse juvabit, quarum studium, qua prae-liminaria artis nostrae gradus ad Parnassum medicum

aperit, practer commoda, quae cognitio universi praebet, medicum adolescentem fida manu eo ducant, quod eum potissimum doceant homogenea, similia jungere, heterogenea sejungere, et characteres, ut ita dicam, addiscere, quibus similia a se invicem disjungantur, eumque hinc facultate donant, cuilibet naturae producto locum determinare, quem natura praefixit, atque ita eum ad morbos dignoscendos praeparant; quo majus erit emolumentum pro diagnosis morborum internorum ex addiscendo externos sic dictos morbos redundans: Phaenomena enim morborum externorum non tam facile sensus effugiunt, facilius percipiuntur; hinc quoque prototypi evaserunt, quibus excolenda scientia, qua basi, innixa est. — Est autem medici, symptomatum ortum, significatum ac dignitatem noscere; — quanto facilius haec praestabit medicus exercitatus p[re] minus eruditus? Nonne multo majori securitate ophthalmiater symptomata oculi, — nonne multo certius obstetriciae artis gnarus symptomata in apparatu genetico circumversantia eruere atque recte aestimare valebit? Mutationes quoque noscat medicus, quas structura et functio organi subivit, e quibus symptomata emergunt. In morbis externis mutationes organicas ac phaenomena inde prodeuntia uno adspectu saepe cernimus, — ex morborum internorum symptomatibus quadam nonnisi cum verisimilitudine organicas mutationes hariolari valemus. Accurata cognitio morbi decursus, naturae convenientis aequa medicum decet, quam notitia essentiae morbi, ut disquirere valeat therapeuticas institutiones, tela enim praevisa minus nocent — et sic non ignarus hostis, quam oppugnat ar-

mis succurere discet. Nec ullo temporis momento silet natura, omni horae scripulo mutationes eveniunt, aliaque morbi erit *imago*, quam in morbis externis tuto oculo persequi — in internis vix certi augurare possumus. Mutationes vero essentiales in multis morbis eaedem, sive superficialia nonnisi tetigerit morbus, sive ad penetralia intima migraverit, ut e. g. in inflammatione, helcosi, induratione, malacia, gangraena, haemorrhagiis, anevrismate, oedemate, hydrope, pseudoplasmatibus aliisque, nonnisi pro varia structura atque functione organi affecti modificate, variam ludunt scenam. — Nonne medicus ex accuratiori cognitione decursus alicujus morbi externalis solummodo superficiem devastantis, majori acutie mutationes organicas clarius intuebitur, si hic idem morbus in intimis penetralibus praedominium sibi arrogaverit?

Via fere naturalis discendi et ad altiorem perfectionis gradum adscendendi in quavis scientia haec est, ut a notis, simplicissimis ordientes transeamus ad complicata et magis obscura, ut certi prius cognitionem adipiscamur, hanc retineamus huicque innixi fundamento concludamus ad illa, quae nondum veritatis luce splendent. Nonne eamdem viam sternere debebimus in scientia nostra addiscenda? Nonne haec via erit unica naturalis, tuta atque optima, ut praefixam metam tandem assequamur?

§. 19.

Medici divinum nomen nonnisi ille sibi vindicat, qui sagacitate et prudentia finem therapeuticum determinare, atque aptissimis remediis assequi valet.

Disquisitio therapeuseos scaturit ex cognitione morbi plenaria, i. e. ex morbi anamnesi, diagnosi et prognosi; medicaminum selectus e cognitione eorum efficietiae in aegrum organismum atque ex notitia eorum adplicationis methodi.

Ad quorundam morborum, foro medicinae adscriptorum, therapiæ modificationem et inversionem non minimam contribuit symbolam accuratiori experientia provocata idea de essentia et therapia morborum, chirurgiae territorio adsignatorum, in externa organismi superficia sedem figentium. Sic anatoma pathologica nos edocuit, in febri nervosa cum ileitide ulcerosa, — quam pathologi nostri aevi nomine non ita sano typhi abdominalis insignire praeplacuit, intestini tenuis adesse ulcera, quae therapia minime ignorare debet. — Ni tractamen ulcerum irritantibus et stimulantibus remediis renovatae chirurgiae experimentis, qua nocivum cognitum fuerit, certe seniori nonnisi tempore idea subvenisset, ab his remediis abstinere in morbis internis, in quibus ulcera adsunt; imo tractamen stimulans per pristinam methodum ulceræ curandi, canone quodam sancitum esset, talique pacto plures adhuc typho abdominali decumbentes, qui rationali hodierna therapia vitam recuperarunt, methodo stimulanti succumbentes ad tumulum migrassent.

Medicus vero, ut remedia fini praeposito adaptata seligere valeat, eorum agendi modum et adplicationis methodum noscat, oportet. Cum vero vix in ejus sit potestate, morbos internos absque remediis chirurgicis sanare, accurata quoque remediorum chirurgicorum cognitio ipsi erit summe necessaria.

Reminiscor unicae phlebotomiae, — a nonnullis vilipensae et fere despectae, cujus effectus valde variat pro ratione, qua absolvitur. Quantum utilitatis pro aegro eveniret, si medicus aegrum curans ipse hanc operationem susciperet: operatio vix transmitteretur alteri horae; medicus ipse immediate videret sanguinis conditionem; ipse curare possit, ut sanguis pleno rivo fluat, atque parcior sanguinis copia educta tamen optatum effectum producat: Ex conditione sanguinis hinc inde edocemur, sufficere minorem dosim laticis vitalis educendi, quam quae ab initio fuerat definita; imo venaesectioni plene esse validicendum; ibi medicus ipse venam tusam ligaret — et quam saepe eventus tristes venaesectionem infasto omine a rudi institutam manu sequentes arcentur!

§. 20.

Quemadmodum e praegressis elucet, scientiam ex medicinae et chirurgiae unione sat largos carpturam esse fructus, pari passu connubio illis certius satisfiet, quae civitas et societas humana exposcit. Utilitas summa civitati redundant ex medicinae perfectione, hac unione promota, quam ille nonnisi rite dijudicare poterit, qui separationi tam diu imperium tenui nunquam obtemperavit; influxus vero benignus in societatem humanam, quem medicina publica exserit, cuilibet patet, etsi per transennam nonnisi relationes hominis, civis instar considerati, cognoverit. Nec amplius monitu opus est, haec commoda praecipue illi adfluere, qui auxilium medici impetrare coactus est. Levis tandem recordatio periculorum ac

morborum, quibus milites belli tempore subjiciuntur, unionis utilitatem et necessitatem pro medico castrensi extra omnis dubitationis aleam ponet.

§. 21.

Quae in his pagellis sparsim sunt adducta, qui mente attenta pervolverit, ipse sibi persuadebit: medicinae et chirurgiae studium foedere benigno conjungendum esse; — artem conjunctam exerceri posse; — illis autem, qui non nisi morbos internos curandos sibi proponunt, studium chirurgiae utile fore tam morbis cognoscendis, quam arti facienda; quia inde facilius ac certius morbos internos dignoscet, decursum eruet, therapiam diriget scientiaeque fines amplecti valebit; accuratori aegroti examine instituto definiat, an chirurgica manu, an medica cura opus sit, quod vix, ac ne vix quidem ab aegro ipso determinari potest; necessitate urgente necessaria ipse perficiet, aut medico chirurgo magis perito transmittet operationem, consummatam autem rite justo judicio substernere valebit.

Vir, boni utilisque fautor, animo sat iucundo perspiciet numerum illorum auctum, qui majori assiduitate, quae tempore sementis exposcit, non defatigati, omnes nervos eo intendent, ut post aliquot annos illas possideant cognitiones, quae scientiam medicam universam ipsis illustrant, eosque simul donant facultate, ut artem longam brevius addiscant atque majori securitate et energia in salutem humanae societatis profiteantur, exerceant, colant.

Ardua res est, et via difficultatibus plena, sed haec unica ineunda, haec una et sola permittit, me-

dicum juvenem nil conscire sibi, nulla pallescere culpa; omnia tunc fient, fieri quae posse objurgatores negabant; — ita animo tranquillo et impavido difficile munus absolvet medicus, et ubi jam conclamatum est — conscientia sui ipsius solatium hauriet. Virium hominum sunt certi fines, ultra quos exsistere nefas, — ast pollet multum voluntas firma — dirigantur modo recta via vires. —

Theses defendendae.

I.

Antiquissima medicinae pars anatomia est, pulcherrima physiologia, difficillima pathologia, tutissima chirurgia, nobilissimus scientiae *Hippocraticae* flos medicina publica.

II.

Anatomiae subtilioris cognitio, nec medicum nimis speculantem, nec chirurgum timidum faciat operet.

III.

Anatomia pathologica, ne aridum colat solum, praxeos medicae consilio fideliter juvetur.

IV.

Quot bona, tot mala microscopia peperere.

V.

Chirurgia medicinae non serva est, sed soror aetate major.

VI.

Exstat lex naturae, qua phlogosis nunquam morbus est primarius, sed effectus morbi et reactionis organismi viventis.

VII.

Febris non est morbus, sed vitae in morbum renitus.

VIII.

Congelati combustione pereunt.

IX.

Omnis haemorrhagia est passiva dicenda, si vasa tantummodo respiciuntur sanguinem fundentia.

X.

In nevropathologia multa sunt probabilia, obscura longe plura, nil autem incertitudine certius.

XI.

Omnis fere morbus psychicus concomitantem somatopatiam agnoscit.

XII.

Si alicubi, certe in medicina multa scire, pauca agere oportet.

XIII.

Ubi cumque naturae facultas, morbum brevitudo et absque sequela mala sanandi extra dubium est, hic omnis absit artis interventus.

XIV.

In omni morbo, quem natura sola saepius sanavit, sanationis hujus naturalis rationem medicus habeat, atque sanationis artificialis opus ita dirigat, ut quousque licet naturalem imitetur.

XV.

Quo simplicior medendi et operationis instituendae apparatus, eo tutior, melior magisque rationalis.

XVI.

Quaelibet cataractae operationum, si indicata, optima.

XVII.

Imaginatio multorum morborum mater et medela.

XVIII.

Euthanasia, sive ars extrema vitae momenta minus dolorosa reddendi, inter medici officia haud ultimum est.

XIX.

Salus infantis, nondum utero enixi, matris saluti postponenda.

XX.

Inter sanctissima medici officia pertinet tutela puellarum gravidarum contra parentum crudelitates.

XXI.

In scientiis empiricis auctorum auctoritas valeat minimum, sed facta faciant plurimum.


XXII.


Medicinae et chirurgiae studium cuique medico juveni foedere benigno conjungendum est, etsi non nisi morbos internos curandos sibi proposuit.





1900. 10. 10. 10. 10. 10. 10. 10. 10. 10.

1900. 10. 10. 10. 10. 10. 10. 10. 10. 10.

















www.books2ebooks.eu